

Band III., Nr. 877, Seite 375

Papst Gregor IX. nimmt das Kloster Anhausen mit dessen Besitzungen in seinen Schutz und bestätigt insbesondere die durch den Bischof von Augsburg dahin geschehene Einverleibung der Kirche in Langenau.

Viterbo, 1236. März 18.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis abbati et conventui monasterii de Ahusen, ordinis sancti Benedicti, Augustensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere^a consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et locum in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem ecclesiam de Navve¹, cum omnibus pertinentiis suis, quam bone memorie episcopus Augustensis, capituli sui accedente consensu, monasterio vestro pia liberalitate concessit, sicut in litteris super hoc confectis plenius dicitur contineri, nec non terras, possessiones, redditus et alia bona vestra sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communitimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Viterbii, XV. kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno nono.

—

Der Textabdruck erfolgt nach CHRISTOPH BESOLD: Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum [...], 2 Bde., Tübingen 1636, S. 340 (Anhausen), Nr. 5. Nachträglich hat sich das Original der Urkunde gefunden, es wurde für die vorliegende Edition nicht verglichen.

^aDie mittellateinischen *e* sind statt der *ae* bei Besold wiederhergestellt.

¹Langenau, UL.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 471 U 4

Editionen:

CHRISTOPH BESOLD: Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum [...], 2 Bde., Tübingen 1636, S. 340 (Anhausen), Nr. 5. Petrus: Suevia ecclesiastica, S. 93 (nach Besold).

Regesten:

AUGUST POTTHAST (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum inde ab anno post Christum natum MCXCVIII ad annum MCCCIV, 2 Bde., Berlin 1874-75, Bd. 1, S. 860, Nr. 10120. Schmidt: Papsturkunden, Bd. 1, S. 69, Nr. 149.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Viterbo

Aussteller:

Gregor IX.; Papst

Ortsindex:

Anhausen Wohnplatz (4093)

Anhausen, Herbrechtingen, HDH

Augsburg, A

Langenau Wohnplatz (16851)

Langenau, UL

Viterbo, Latium, Italien